

mendamus, utque locus ille, qui sancte nostræ sedi commissus est, sese pro amore apostolorum, mundi videlicet judicium atque paterna dilectione bene gaudeat elegisse.

XV.

JOANNIS X EPISTOLA AD WENNI ARCHIEPISCOPUM
RAMBURGENSEM.

(Anno 914-928.)

Illi pallium mittit et privilegia Hamburgensia confirmat.

[Apud Lappenberg, *Hamb. Urk.* I, 39.]

† JOANNES episcopus, servus servorum Dei, dilecto confratri WENNI, venerabili archiepiscopo Hammenburgensis Ecclesiæ, tibi tuisque successoribus in perpetuum.

Convenit apostolico moderamini pia religione pollutibus benevola compassione succurrere, et poscentium animis alacri devotione impertiri assensum. Ex hoc enim lucrè potissimum præmium

apud Deum proculdubio promeremur, dum venerabilia loca opportune ordinata ad meliorem fuerint per nos statum perducta. Igitur, quia postulasti a nobis quatenus archiepiscopatum Hamma- burgensem totum in integrum tibi tuisque successoribus confirmaremus, sicut a beato Gregorio, Nicolao et aliis prædecessoribus nostris decretum est, inclinati precibus tuis, pallium tibi ex more transmittimus, et quæcumque ab eis Ecclesiæ tuæ et antecessoribus tuis data sunt et privilegiis confirmata, nos apostolica auctoritate tibi concedimus et nostro privilegio confirmamus, scilicet omnia quæ generaliter atque specialiter ad eundem præfatum archiepiscopatum pertinent, quæque tui antecessores... Jesu Christo.

Data iv Kalendas Novembris per manus Leonis, sanctæ Romanæ sedis cancellarii. Anno domini Joannis papæ primo, indictione 9.

ANNO DOMINI DCCCXXIX.

LEO PAPA VI.

NOTITIA HISTORICA.

Leo Christophori primicerii filius, hujus nominis sextus factus est pontifex circa finem anni 928 tempore Constantini imperatoris. Sequenti anno in carcerem detrusus, post sex menses et dies 3 (al. 15) mortuus est, ut testantur versus Frodoardi de Pontif. Rom., apud Mabill. Actorum sæc. III, p. u, p. 607.

Pro quo (Joanne) celsa Petri sextus Leo regmina sumens
Mensibus hæc septem servat quinisque diebus
Prædecessorumque petit consortia vatum.

LEONIS PAPÆ VI

EPISTOLA

AD EPISCOPOS DALMATIÆ.

(Anno 928, 29.)

Forminum Jaderensem et Gregorium Nonensem cæterosque Dalmatiæ episcopos hortatur ut Joanni archiepiscopo Spalatino, pallium adepti, pareant. Jubet finibus suis quemque episcopum, nominatimque Absorensem, Arbensem, Ragusanum, contentum esse, Gregoriumque Croatorum episcopum in administranda ecclesia Scardonitana acquiescere.

(Apud Ughelli, *Italia sacra*, tom. V, pag 1421.)

LEO episcopus, servus servorum Dei, FORMINO sanctæ Aderensis Ecclesiæ episcopo, et GREGORIO sanctæ Nonensis Ecclesiæ episcopo, omnibusque episcopis per Dalmatiam commorantibus, etc.

Quia gratiosa Dei omnipotentis misericordia vos in

episcopali infula constituit, dignum est ut vestro metropolitanæ sanctæ Spalatensis Ecclesiæ archiepiscopo summam reverentiam exhibere delectemini quatenus per ordinem et per normam justitiæ gradientes, securi et intrepidi valeatis ad divinam co-

temptationem pervenire. Nam quid deterius esse cernitur quam episcopum proprio metropolitano inobedientem esse, cum scriptum sit in Africano concilio : nihil episcopum præter eonscientiam proprii metropolitani aliquid agere debere. Et si ita est, cum scimus quia ita est ut nullus episcopus debeat proprium suum metropolitanum ignorare, cur vos Dalmatiarum episcopi contemptores, et quasi per latrocinium alienas parochias diripientes usurpatis vobis profanum nomen, quod ab antiquis Patribus vobis ereptum esse cernitur? Unde monemus ut omnes episcopi in propriis limitibus sint contenti ; Forminumque monemus ita suam parochiam retinere, quemadmodum in antiquis temporibus mansit. Similiter Absarensi Ecclesie episcopus, et Arbitorius, atque Rogutitanus, et Spalatensis archiepiscopus in Croatorum terra volumus ut propriam suam parochialem retineant,

A quemadmodum antiquitus Salonitana Ecclesia retinebat ; quia non potest parochia intra muros civitatis, sed per longinqua spatia terrarum in plebibus ex villis, et curtis, et ecclesiis, ut in populo antiquitus determinato. Gregorium vero, qui probitate temporis in Croatorum terra episcopus effectus est, præcipimus in sola Scardonitana Ecclesia tantummodo ministrare. Alienas parochias ei præcipimus nullo modo amplius usurpare, quia si fecerit, sine dubio a nostro pontificio excommunicatus manebit. Pallium vero et usum pallii Joanni sanctæ Spalatensis Ecclesie archiepiscopo, sicut antiqua consuetudo fuit, commisimus. Cui volumus ut tota mente obediat, eumque ut verum patrem ametis, quia nunc Dei gratia subditos illuxerat cum suis præpositis curam obedientie exhibere delectentur.

ANNO DOMINI DCCCXXX.

HUCBALDUS

MONACHUS S. AMANDI

NOTITIA HISTORICA ET BIBLIOGRAPHICA.

Gallice adornata in Historia litteraria Gallie (tom. VI).

§ I. Histoire de la vie d'Hucbald.

Hucbald ou Hucbold est regardé, après Remi d'Auxerre, comme le plus célèbre docteur qu'ait eu la France à la fin du ix^e siècle et les premières années du suivant. Il était neveu par sa mère de Milon, dont nous avons donné l'histoire, et embrassa comme lui la profession monastique à l'abbaye d'Elnone, ou Saint-Amand, au diocèse de Tournai (Trit. *Chr. Hir.* t. I, pag. 33 ; Mab. *An.* l. xxxvii, n. 33). Quelques écrivains (Boll. 16 jun., p. 34) ont avancé qu'il s'était d'abord rendu moine à Saint-Bertin, avant que de l'être de Saint-Amand ; mais cette opinion est dénuée de toutes preuves et ne peut se soutenir. Avec un grand fonds de génie, du goût et de l'ardeur pour les sciences, Hucbald les étudia sous Milon, modérateur de l'école du monastère ; et il arriva dans la suite que le neveu surpassa l'oncle en toutes sortes de belles connaissances. (Mart. *am. Coll.* t. I, p. 266 ; Mab. *ib.*)

On prétend sans le prouver (Boll. *ib.* ; Mab. *ib.* l. xxxix, n. 81), qu'Hucbald s'étant brouillé avec son maître à l'occasion d'un office à l'honneur de saint André, fut obligé de sortir de Saint-Amand, et se retira à Nevers : que là il ouvrit une école, et que l'évêque du lieu l'ayant goûté, lui donna de grandes marques d'estime et de confiance. Qu'enfin ce prélat lui permit à la mort d'enlever le corps de saint Cyr, martyr, et de le transporter en son monastère.

Ce qu'il y a de certain, c'est qu'Hucbald passa de Saint-Amand à Saint-Germain d'Auxerre, où il

C perfectionna ses études sous le pieux et savant Heiric, en la compagnie du docte Remi, et autres condisciples de mérite. On a vu ailleurs combien étaient alors célèbres ces deux écoles. Avec de tels secours, Hucbald devint un des plus grands hommes de lettres de son temps. Il acquit non-seulement un riche trésor de latinité, mais encore toutes les connaissances de la philosophie et des autres beaux-arts : *Peritia liberalium artium ita insignis*, dit de lui Sigebert de Gemblou, *ut philosophis conferretur*. Oui, assure Ademar de Chabnois, plus ancien que Sigebert, Hucbald et Remi héritèrent de toute la science qu'on admirait en la personne d'Heiric leur maître. Hucbald se distingua surtout par son habileté dans la musique, mais il ne fit pas moins de progrès dans la théologie que dans les lettres humaines ; et presque tous ceux qui relèvent son érudition profane, rehaussent également son grand fonds de littérature sacrée (Mab. *Act. B.* t. VII, p. 325, n. 3 ; Mart. *ib.*, p. 265, 266 ; Sigeb. *scri.* c. 107 ; Trit. *ibid. scri.* c. 284).

A toutes ces grandes qualités, Hucbald en joignait encore d'autres, fort propres à soutenir dignement le caractère du sacerdoce dont il était revêtu (Mab. *ib.* t. II, p. 938, 939.) Ceux qui l'ont mieux connu (Mart. *ib.*) remarquaient en lui toute la gravité des anciens ; une probité la plus parfaite ; une prudence et une sagesse consommées, qui le rendaient l'objet de l'admiration de toutes les provinces des Gaules, où il brillait comme une lampe lumineuse, et qui